Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



106

quod occultos meatus corporis quos graeci porros
uocant ad inferiora dilabitur. & in recessum
uadit. De corde enim exeunt cogitationes malae
[illegible]
homicidia adulteria fornicationes &c.
De corde inquit exeunt cogitationes malae; ergo
animae principale. non secundum platonem in
cerebro reliquias quam in corde esse. & arguendi
ex hac sententia qui cogitationes a diabolo
inmitti putant. & non ex propria naturali uoluntate;
Diabolus adiutor esse. & incentor malarum cogita
tionum potest. auctor esse non potest. Leues cogita
tionum nostrarum scintillas suis fomitibus inflamat.
Nondebemus opinari eum cordis quoque occulta
rimari. red ex corporis habitu & gestibus;
aestimare. quid uestrem intrinsecus.
Verbi gratia. si pulchram mulierem non crebro
uidere tarpicere intellegit cor amoris iaculo
uulneratum. XLI.
Et egressus inde ihs recessit in partes tyri
& sidonis. scribis & pharisaeis calumnia to
ribus; derelictis transgreditur in partes
tyri & sidonis ut tyrios sidonios quos curans &
mulier autem chananea egreditur de finibus pris
tinis